

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 04 : De Laribus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 04 : De Laribus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 05 : Des Lares](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 04 : Des Lares](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 04 : De Laribus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/838>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 93r°-93v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Lares](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ὅτε πάλαι ποτὶ μανίῃ καὶ παρὰ τὸν νόμον ἔειπεν ἀλλότριά τινα λέγοντι. Ὁ δὲ πάλαι ποτὶ
 δι' αἰῶνα τοῦ ἀνθρώπου, ἡμεῖς δὲ νομίζομεν ὅτι ἀλλότριά τινα λέγοντι καὶ πάλαι ποτὶ μανίῃ
 καὶ παρὰ τὸν νόμον ἔειπεν ἀλλότριά τινα λέγοντι. Ὁ δὲ πάλαι ποτὶ μανίῃ καὶ παρὰ τὸν νόμον
 ἔειπεν ἀλλότριά τινα λέγοντι. Ὁ δὲ πάλαι ποτὶ μανίῃ καὶ παρὰ τὸν νόμον ἔειπεν ἀλλότριά
 τινα λέγοντι. Ὁ δὲ πάλαι ποτὶ μανίῃ καὶ παρὰ τὸν νόμον ἔειπεν ἀλλότριά τινα λέγοντι.
 Is igitur, cum quiddā secū ratio-
 cinaretur, visus est sibi ingredientem quendam ad se persensisse: quare ocu-
 lis ad ingressum cōuersis monitrosam quandam & horrendam formam aspe-
 xit, quæ silentio sibi postea astitit. Hæc interrogare ausus est Brutus, & quis
 inquit hominum es, aut Deorū? aut quid tibi vis? cur ad nos venisti? ad quæ
 submurmurans illa forma tuas sum inquit o Brute malus Genius, me vide-
 bis postea in Philippis. Tum Brutus minime exterritus, videbo respondit:
 Cum verò is dēmon euauisset, pueros ad se intro vocauit Brutus, quī nul-
 lam neque vocem se audiuisse, neque quidquam vidisse responderunt. Alii
 igitur crediderunt elementorum symmetriam, quæ corpora humana ac vi-
 uentia omnia conseruaret, Genii nomine fuisse vocatam. Alii occultam vim
 planetarum, qua ad singulas res gerendas impelleremur. Nam dēmones illi
 primum Geruli, deinde Genii vocati sunt. Neque vero homines solum Ge-
 nios habere credebantur, sed etiam plantæ, & ædificia, & loca, vt in his
 ait Virgilius libro septimo;

10

Sic deinde effatus, florenti tempora ramo
 Implicat; & Geniumq; loci, primamq; Deorum
 Tellurem, Nymphasq;, & adhuc ignota precatur
 Flumina.

10

Sed quoniam symmetria elementorum mores pro sua bonitate in nobis im-
 primit, quod etiam putatur vis syderum efficere, illud inuito Genio facimus,
 quod ab alia externa necessitate, & non sponte facimus. Defraudamusq; Ge-
 nium, vel illi indulgemus, cum iucunda voluntati nostræ subtrahimus, vel
 concedimus. Dixerunt Genio frontem præcipuè esse dicatam, quoniam illa
 pars plerūq; indicio est an inuiti, vel sponte quid faciamus. & an læti simus,
 vel tristes. Ac de Genio satis, nunc dicamus de Laribus.

30

De Laribus.

Cep. IIII.

AT Laribus diuersa à Penatibus & à Geniis origo fuisse traditur: nam fa-
 ma est de furto Mercurii Larūq; Almonis filix concubitu Lætes gemi-
 nos fuisse genitos: quia cum Lara Iouis adulteria Iunoni indicasset, Iu-
 piter iratus illi linguam præcidit, & ad infernam paludem relegauit, quæ,
 cum Iouis mandato eo deduceret Mercurius, in itinere compressit, ex quo
 nati creduntur ii dēmones, qui Lares sunt vocati. Id significauit Ouid. lib.
 secundo fastorum in his;

40

Iupiter intumuit: quæque est non vfa modestæ,
 Eripit huic linguam, Mercuriumque vocat.
 Duc hanc ad manes, (locus ille silentibus aptus.)
 Nympha, sed infernæ Nympha paludis, erit.
 Iussa Iouis sunt, acceperat lucus euntes.
 Dicitur illa duci tum placuisse Deo
 Vim parat hic, vultu pro verbis illa precatur.

A a

Et

Mythologia.

Et frustra muto nititur ore loqui.

Fitque grauis, geminosque parit, qui compita seruant,
Et vigilant nostra semper in æde Lares,

Hanc Laram, siue ut alii dixerunt, Larundam, nonnulli Maniam etiam appellarunt; cui una cum Laribus Compitalia ex oraculi responso sacra fiebant; atque pueri apud Romanos pro familiarum salute immolabantur. Nā credita est Mania si qua pericula familiis imminerent, ea depellere eū tuisset expiata. Sequentibus postea temporibus apud eosdem Romanos aliorum papauerumque capitibus pro pueris immutato ritu sacrificatum fuit. Credebantur ab antiquis hi dæmones curam habere compitorum & ciuitatum, ut patuit è superioribus carminibus Ouidii. Erant his dæmonibus canes præterea, veluti etiam Dianæ, dicati, quia communes familiarum custodes putabantur; quibus etiam focus erat consecratus, existimabanturque tanquam Penates domorum curam habere, quos etiam esse Penates quidā crediderunt, quare effectum ut Laris nomine focum & vniuersam domum vocauerint. Alii agrorum custodes esse Lares censuerunt, ut ait Tibullus in primo lib. Elegiarum;

10

Vos quoque felicitis quondam, nunc pauperis hosti
Custodes, fertis munera vestra Lares.

20

Et quoniam Penates esse Lares putabantur, quæcunque de Penatibus dicta sunt, Laribus etiam conuenire sunt putanda. Nunc autem de Pallade verba faciamus.

De Pallade.

Cap. V.

30

Existimo sanè nos rem minimè absurdam esse facturos, si post eorū Deorum explicationem, qui natos infantes excipere putabantur, Deos illos exposuerimus, qui pueros erudiendos iis artibus excipiebant, ad quas Genius ipse credebatur impellere; illis interim fabulosis ac ridiculis Diis Deabusque prætermisiss, qui variis temporibus à vanis superstitionibus fuerint introducti, ut Edulia, Potica, Cuba siue Cunina, & reliquis Diis huiuscemodi autoritatis. Et quoniam Pallas sapientiæ præfecta putabatur, quæ rebus omnibus magis humanæ vitæ est necessaria, eaque non inutilis Dea formandis credita est adolescentum ingentiis, de hac primum verba faciamus. Scriptum reliquit Pausanias in Atticis Mineruam Neptoni & Tritonidis Africæ paludis filiam fuisse, quæ Gygis temporibus floruit, de qua sic Herodotus in Melpomene; *ἡ δὲ Πάρις ἡ παλαιὰ καλεῖται, ἡ δὲ Νεπτύνης καὶ Τριτωνίδος θυγάτηρ.* Mineruam inquit Neptuni fuisse filiam & Tritonidis paludis; cui fabulæ faciunt fidem quod per eius natalem diem virginēs certare inter se ludicris solebant apud eam paludem, natalem Mineræ celebrantes. Est enim & Pallas. Fuerunt tamen qui è Iouis cerebro armatam Mineruam natam fuisse memoriæ prodiderint, ut scripsit Apollonius lib. 4. Argonaut. in his;

40

ἡ δὲ Πάρις ἡ παλαιὰ καλεῖται, ἡ δὲ Νεπτύνης καὶ Τριτωνίδος θυγάτηρ.
Egregiæ Libyæ Heroïnæ, Pallada quondam,
Cum patris è capite exiliit clarissima, paruam
Lauerunt Tritonis aquæ, sordesque puellæ.

Atqui